UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 48. Armenorum Legati Florentiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66426

Visual Library

Sæcul. XV. A.C. 1439.

titulos effuſus, quo ſolemnioribus vix unquam publici gaudii ubertas univerſo orbi nota fieri potuiſſet.

§. XLVIII.

Armenorum Legati Florentiæ.

Conc. Gen. Labbe to. 13. p. 527.

Fere in immenſum crevit omnium jubilus, atque lætitia, cum advenirent etiam quatuor Conſtantini Armenorum Patriarchæ Legati, quos Eugenius æque ac ceteros omnes ad Synodum Oecumenicam vocaverat. Huic gaudio complementum addidit adventus Oratorum, quos Jacobitarum Patriarcha, necnon Æthiopiæ Imperator miſerunt; Hi enim omnes Eccleſiæ Romanæ unionem quærebant. Harum Legationum ſucceſſum in hiſtoriæ noſtræ progreſſu memorabimus.

§. XLIX.

Imperator Græcorum Venetias profectus.

Interea temporis Imperator Græcorum cum ſuis Prælatis reditum in Patriam anhelans, ſubſidia ad ſingulos menſes debita ſibi exſolvi petebat, quæ etiam non liberalius, quam promptius numerata fuere. His igitur ad vota impetratis, omnes ſummum Pontificem accedebant, abeundi veniam petituri, quos Eugenius munificen-